

Universitätsbibliothek Wuppertal

Opera Ciceronis Epistolica

Cicero, Marcus Tullius

Lvtetiae Parisiorum, ad Eidus Ianuar. Anno. MDXXII. Calculo Roma

Liber secundus

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-687](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-687)

re scio libentissime frui solere, pertinere te sine vlla mora prouinciam successori concedere, praesertim cum sine suspitione tuae cupiditatis non possis illius cupiditatem refutare. Ego vtrunq; puto meum esse, & quid sentiam ostendere, & quod feceris defendere. Scripta iam epistola superiore accepi tuas literas de publicanis, quibus aequitatem tuam non potui non probare: facilitate quidem quod vellem consequi potuisses, ne eius ordinis quem semper ornasti, rem aut voluntatem offenderes. Equidem non desinam tua decreta defendere, sed nostri consuetudinem hominum, scis quae grauius inimici illi ipsi Quae Scauolae fuerint. Tibi tamen sum auctor, ut quibus rebus possis, eum tibi ordinem, aut reconcilies, aut mitiges. Id etsi difficile est, tamen mihi videtur esse prudentiae tuae. Vale.

Accepi
literas.

M. T. C. VALERIO IVRISCONSULTO. S. P. D.




Ut enim tibi hoc non gratificer nescio, praesertim cum his temporibus audacia pro sapientia liceat uti. Lentulo nostro egi per literas tuo nomine gratias diligenter. Sed tu velim desinas iam nostris literis uti, & nos aliquando reuisas, & ibi malis esse ubi aliquo numero sis, quae istuc ubi solus sapere videare, quae qui istinc nunc veniunt, partim te superbum esse dicunt, quae nihil respondeas, partim contumeliosum, quae male respondeas. Sed iam cupio tecum coram iocari. Quare fac ut quamprimum venias, neque in Apuliam tuam accedas, ut possimus saluum te venisse gaudere. Nam illo si veneris, tanquam Vlysses cognosces tuorum neminem. Vale.

Aliquo nu
mero.

Vlysses.

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM FAMILIARIVM LIBER SECVNDVS.

M. T. CICERO. C. CVRIONI. S. P. D.



Vanquam me nomine negligentiae suspensum tibi esse doleo, tamen non tam mihi molestum fuit accusari abs te officium meum, quae iucundum requiri, praesertim cum in quo accusabar culpa vacarem, in quo autem desiderare te significabas meas literas, praeter te fers perspectum mihi quidem, sed tamen dulcem & optatum amorem tuum. Equidem neminem praetermissi, quem quidem ad te peruenturum putarem, cui literas non dedero. Etenim quis est tam in scribendo impiger quam ego: a te vero bis, terve ad summum, & eas perbreuis accepi. Quare si iniquus es in me iudex, condemnabo eodem ego te crimine: si me id facere noles, te mihi aequum praebere debebis. Sed de literis hactenus.

Passiva cum
ablatiuo
agente.

Non enim veteor ne non scribendo te expleam, praesertim si in eo genere studium meum non aspernabere. Ego te abuisse tandem a nobis, & doleo quae carui fructu iucundissimae consuetudinis, & laetor quae absens omnia cum maxima dignitate es consecutus, quae in omnibus tuis rebus meis optatis fortuna respondit. Breue est quod me tibi praecipere meus incredibilis in te amor cogit. Tanta est expectatio vel animi vel ingenii tui, ut ego te obsecrare obtestarique non dubitem, sic ad nos confirmatus reuertare, ut quam expectationem tui concitasti, hanc sustinere ac rueri possis. Et quoniam meam tuorum erga me meritorum memoriam nulla unquam delebit obliuio, te rogo ut memineris, quantacumque tibi accessiones fient & fortunae & dignitatis, eas te non potuisse consequi, nisi meis puer olim fidelissimis atque amantissimis consiliis paruisses. Quare hoc animo in nos esse debebis, ut aetas nostra iam ingrauescens in amore atque in adolescentia conquiescat tua. Vale.

Amantissimi
consilii.

M. T. CICERO CVRIONI. S. P. D.



Ravi teste priuatus sum amoris summi erga te mei, patre tuo clarissimo viro, qui cum suis laudibus, tum vero te filio superasset omnium fortunam, si ei contigisset ut te ante videret, quam a vita discederet. Sed spero nostram amicitiam non egere testibus. Tibi patrimonium dii fortunent. Me certe habebis, cui charus eque sis & periuicudus, ac fuisti patri. Nempe studium non defuit declarandorum munerum tuo nomine, sed nec mihi pla-

Fortunent
Nuper
studium.

Epistolarum familiarium

cuit, nec cuiq̄ tuorum, quicq̄ te absente fieri, quod tibi cum venisses, non esset integrum. Meam quidem sententiam, aut scribam ad te postea pluribus, aut ne ad eam meditare, imparatum te offendam, coramq; contra istam rationem, meam dicam, vt aut te in meam sententiam adducam, aut certe testatum apud animum tuum relinquam, quid senserim, vt si quando (quod nolim) displicere tibi tuum consilium coeperit, possis meum recordari. Recordari cum actō. Breui tamen sic habeto, in eum statum temporum tuum reditum incidere, vt iis bonis, que tibi natura, studio, fortuna data sunt, facilius omnia, quæ sunt in repub. amplissima consequi possis, q̄ muneribus, quorum neq; facultatem quisq̄ admiratur (est enim copiarum, nō virtutis) neq; quisq̄ est, quin satietate iam defessus sit. Sed aliter atq; ostenderam, facio, qui ingredior ad explicandam rationem sententiæ meæ. Quare omnem hanc disputationem in aduentum tuū differo. Summa scito in expectatione te esse, eaq; a te expectari, quæ a summa virtute, summoq; ingenio expectanda sunt: ad quæ si es, vt debes, paratus (quod ita esse confido) plurimis, maximisq; muneribus & nos amicos, & ciueis tuos vniuersos, & tempu. afficies. Illud profecto cognosces, mihi te neq; chariorem, neq; iucundiolem esse quenq̄.

Vale.

M. T. C. CVRIONI. S. P. D.

Epistolarū genera.



Epistolarum genera multa esse non ignoras, sed vnum illud certissimum, cuius causa inuenta res ipsa est, vt certiores faceremus absenteis, si quid esset quod eos scire, aut nostra, aut ipsorū interesset. Huius generis literas a me profecto non expectas. domesticarum enim rerum tuarum habes & scriptores, & nuncios. In meis autem rebus nihil est sane noui. Reliqua sunt epistolarum genera duo, quæ me magnopere delectat, vnum familiare & iocosum, alterum seuerum, & graue. Vtro me minus deceat vti, non intelligo. Iocor ne tecum per literas! Ciuem mehercule non puto esse, qui temporibus his ridere possit. An grauius aliqd scribam! quid est quod possit grauius a Cicerone scribi ad Curionē, nisi de repub! Atq; in hoc genere hæc mea causa est, vt neq; ea, que nunc sentio, velim scribere. Quamobrem, quoniam mihi nullum scribendi argumētum relictum est, vt ea clausula, qua soleo, teq; ad studium summæ laudis cohortabor. Est enim tibi grauis aduersaria cōstituta, & parata, incredibilis quedam expectatio, quam tu vna re facillime vinctes, si hoc statueris, quarum laudum gloriam adamaris, quibus artibus eæ laudes comparantur, in iis esse elaborandum. In hanc sententiam scriberem plura, nisi te tua sponte satis incitatum esse considerem. & hoc quicquid attingi, non feci inflammandi tui causa, sed testificandi amoris mei. Vale.

Passiuum cū abltō.

M. T. C. CVRIONI. S. P. D.

In eadem nauī.



Hæc negotia, quo modo se habeant, ne epistola quidem narrare audeo tibi. etsi vbiq; es (vt scripsi ad te antea) in eadem es nauī, tamen q; abes gratulor, vel quia non vides ea quæ nos, vel q; excelso, & illustri loco sita sit laus tua in plurimorum, & sociorum, & ciuū cōspectu, quæ ad nos nec obscuro, nec vario sermone, sed & clarissima, & vna omnium voce perfertur. Vnū illud nescio, gratuler ne tibi, an timeā, q; mirabilis est expectatio reditus tui: non quo verear, ne tua virtus opinionī hominū non respondeat, sed me hercule, ne cum veneris, non habeas iam quod cures, ita sunt omnia debilitata iam prope, & extincta. Sed hæc ipsa nescio recte ne sint literis cōmissa. Quare cætera cognosces ex aliis. Tu tamen, siue habes aliquā spem de repub. siue desperas, ea para, meditare, cogita, quæ esse in eo ciue, ac viro debent, qui sit repub. afflictam, & oppressam miseris temporibus, ac perditis moribus, in veterem libertatem, ac dignitatem vindicaturus. Vale.

Vereor ne non.

Vindicturus.

M. T. C. CVRIONI. S. P. D.

Romam versus.



Nondum erat auditum, te ad Italiam aduentare, cum Sextum Iulium Milonem mei familiarem cum his ad te literis misi, sed tamē cum appropinquare tuus aduentus putaretur, & te iam ex Asia Romam versus profectum esse constaret, magnitudo rei fecit, vt non vereremur, ne nimis cito mitteremus, cum has ad te q̄primum literas perferri magnopere vellem. Ego, si mea in te essent officia solum Curio tanta, quanta magis a te ipso præ-

dicari, q̄ a me ponderari solent, verecundius a te, si qua magna res mihi petenda esset, contēderem. GRAVE EST enim homini pudenti petere aliquid magnum ab eo, de quo se bene meritum putet, ne id quod petat, exigere magis, q̄ rogare, & in mercedis potius, q̄ beneficii loco numerare videatur. Sed quia tua in me vel nota omnibus, vel ipsa nouitate meorum temporum clarissima, & maxima beneficia extiterūt, ESTQVE ANIMI ingenui, cui multum debeas, eidem plurimum velle debere, non dubitauī id a te per literas petere, quod mihi omnium esset maximū, maximeq; necessarium. Neq; enim sum verit⁹ ne sustinere tua in me vel innumerabilia beneficia non possem, cum presertim considerē, nullam esse gratiam, quā vel non capere animus meus accipiēdo, vel remunerando, cumulandoq; illustrare possim. Ego omnia mea studia, omnē operam, curam, industriam, cogitationē, mētē deniq; omnē in Milonis consulatu fixi, & locauī, statuiq; in eo me nō officii solū fructū, sed etiā pietatis laudē debere querere. Neq; vero cuiq; salutē ac fortunas suas tāte curē fuisse vnq; puto, quā tā mihi sit honos ei⁹, in quo oīa mea studia posita esse decreui. Huic te vnū tāto adiūmēto esse, si volueris, posse intelligo, vt nihil sit p̄terea nobis requirēdū. Habem⁹ hęc oīa: bonorū studiū cōciliatū ex tribunatu, p̄pter nostram (vt te spero intelligere) causam: vulgi, ac multitudinis, p̄pter magnificentiā munerū, liberalitatēq; naturā: iuuētutis, & gratiosorū in suffragiis studia, propter ipsius excellentē in eo genere vel gratiam, vel diligentiā, nostrā suffragationē si minus potentem, at probatam tamen, & iustam, & debitam, & propterea fortasse etiam gratiosam. Dux nobis, & auctor opus est, & eorum v̄torum, quos proposui, moderator quidam, & quasi gubernator. qui si ex omnibus vnus exoptandus esset, quem tecum conferre possemus, non haberemus. Quamobrem si me memorem, si gratum, si bonum virū vel ex hoc ipso, q̄ tam vehementer de Milone laborem, existimare potes, si dignum deniq; tuis b̄ficiis iudicas, hoc a te peto, vt subuenias huic meæ sollicitudini, & huic meæ laudī, vel (vt verius dicam) propriæ salutī, tuum studium dices. De ipso T. Annio tātum tibi polliceor, te maioris animi, grauitatis, constantiā, beneuolentiā erga te, si complecti hominem volueris, habiturum esse neminem. Mihi vero tantum decoris, tantum dignitatis adiunxeris, vt eundem te facile agnoscam fuisse in laude mea, qui fueris in salute. Ego nī te videre scirem, cum hęc ad te scriberem, quantum officii sustinerem, quanto p̄re mihi esset in hac petitione Milonis omni non modo contentione, sed etiam dimicatione elaborandum, plura scriberem, nunc tibi omnem rem, atq; causam, meq; totum commendo, atq; trado. vnū hoc sic habeto, si a te hęc rem impetraro, me pene plus tibi, q̄ ipsi Miloni debiturum. non enim mihi tam mea salus chara fuit, in qua p̄cipue sum ab illo adiutus, q̄ pietas erit in referenda gratia iucunda, eam autem tui vnus studio me assequi posse confido. Vale.

M. T. C. PROCONSVL CVRIONI TRIBVNO PLE. S. P. D.



Era gratulatio reprehēdi non solet, presertim si nulla negligētia p̄termis̄sa est. longe em̄ absūm, audio sero. sed tibi & gratulor, & vt sempiternē laudī tibi sit iste tribunatus exopto. Teq; hortor, vt oīa gubernes, & moderate prudentia tua, ne te auferant aliorū consilia. Nemo est, qui tibi sapiētius suadere possit te ipso: nunq; labere, si te audies. Non scribo hoc temere, cui scribā video, noui animū, noui cōsiliū tuū, nō vereor ne quid timide, ne qd stulte facias, si ea defendes, quæ ipse recta esse senties, q̄ in id reip. tēpus nō incideris, sed veneris: iudicio em̄ tuo, nō casu in ipm̄ discrimē rerū cōtulisti tribunatū tuū. Profecto vides, quāta vis in repu. sit rēporū, quāta varietas rerū, q̄ incerti exitus, q̄ flexibiles hoīm volūta-tes: quid infidiarū, quid vanitatis in vita sit, nō dubito quin cogites. sed amabo te, cura, & cogita, nihil noui, sed illud idem quod initio scripsi, tecum loquere, te adhibe in cōsiliū, te audi, tibi obtempera: alteri qui melius dare consiliū possit, q̄ tu, non facile inueniri potest, tibi vero ipsi certe nemo melius dabit. Diū immortales, cur ego non adsum vel spectator laudum tuarum, vel particeps, vel socius, vel minister consiliorum: tamen hoc minime tibi deest, sed tamen efficeret magnitudo, & vis amoris mei, consilio te vt possem iuuare. Scribam ad te plura alias, paucis enim diebus eram missurus domesticos tabellarios, vt quoniam iam sane feliciter, & ex mea sententia tempu. gessimus, vnīs literis totius ætatis res gestas ad Senatū perscriberem. De sacerdotio tuo quantam curam adhibuerim, q̄q; difficultas in re, atq; causa, cognosces ex iis literis, quas Thrasoni liberto tuo dedi. Te mi Curio pro tua incredibili in me beneuolentiā, meaq; itē in te singulari, rogo, atq; oro, ne patiare mihi

Petere ab obnoxio.

Debere velle cui debeas.

Milonis cōsulatus.

Opus nobis dux & auctor.

Serum. Sero.

Te audies

Vnē literē

Dedi literas liberto

JIV. Epistolarum familiarium

quicq̄ ad hanc prouincialem molestiam temporis prorogati. Praesens tecum egi, cum te tribunum ple. isto anno fore non putarem. Itaq; petiui sepius per literas, sed tum quasi a senatore nobilissimo, tum adolescente etiam gratiosissimo, nunc a tribuno pleb. & a Curione tribuno, non ut decerneretur aliquid noui, quod solet esset difficilius, sed ut ne quid noui decerneretur, & ut senatusconsultum, & leges defendas, eaq; mihi conditio maneat, qua profectus sum. hoc te vehementer etiam atq; etiam rogo. Vale.

M. T. C. PROCONSULI M. CAELIO. S. P. D.

Ciceronis
cognitioe
digna.



Vide: tu me hoc tibi mandasse existimas, ut mihi gladiatorum compositiones, ut vadimonia dilata, & Chrestii compilationem mitteres, & ea quae nobis, cum Romae sumus, narrare nemo audeat. Vide quantum tibi meo iudicio tribuam, (nec mehercule iniuria, *καὶ λυώτωρ* enim te adhuc neminem cognoui) ne illa quidem curo mihi scribas, quae maximis in rebus reipub. gerunt quotidie, nisi quid ad me ipsum pertinebit. scribent alii, multi nunciabunt, perferet multa etiam ipse rumor. Quare ego nec praeterita, nec praesentia abs te, sed ut ab homine longe in posterum prospiciere futura expecto, ut ex tuis literis cum formam reipu. viderim, quale aedificium futurum sit, scire possim. Neq; tamē adhuc habeo, quod te accusem: neq; enim fuit, quod tu plus prouidere posses, q̄ quibus nostrum, in primisq; ego, qui cum Pompeio complureis dies nullis in aliis, nisi de reipu. sermonibus versatus sum, quae nec possunt scribi, nec scribenda sunt. tantum habeto, ciuem egregium esse Pompeium, & ad omnia, quae prouidenda sunt in reipub. & animo, & consilio paratum. Quare da te homini, complectet mihi crede iam iidem illi & boni, & mali ciues videntur, qui nobis videri solent. Ego cum Athenis decem ipsos dies fuisset, multumq; mecum C. noster Caninius, proficiscebatur inde pridie nonas Quintileis, cum hoc ad te literarum dedi. Tibi cum omnia mea committenda esse cupio, tum nihil magis, q̄ ne tempus nobis prouinciae prorogetur, in eo mihi sunt omnia: quod, quando, & quo modo, & per quos agendum sit, tu optime constitues. Vale.

Pompeius.

Cum, tum

M. T. C. M. CAELIO RVFO AEDILI CVRVI DESIGNATO. S. P. D.

Gratulor,
latorq;



Rimum tibi, ut debeo, gratulor, latorq; cum praesenti, tum etiam sperata tua dignitate, serius, non negligētia mea, sed ignoratione rerum omnium. In his enim sum locis, quo & propter longinquitatem, & propter latrocinia tardissime omnia perferuntur. Et cum gratulor, tum vero quibus verbis tibi gratias agam, non reperio, q̄ ita factum sit, ut dederis nobis, quem admodum scripseras ad me, quem semper ridere possemus. Itaq; cum primum audiui, ego ille ipse factus sum. scis quem dico. egique omnes illos adolescenteis, quos ille iactat, difficile est loqui. te autem contemplans absentem, & quasi tecum coram loquerer, non adeo quantum egeris rem, neq; quantum facinus feceris, quod quia praeter opinionem mihi acciderat, referebam me ad illud, incredibile hoc factum obicitur. repete vero incessi omnibus leuitis. In quo cum obiurgarer, q̄ nimio gaudio pene desipere, ita me defendebam, ego voluptatem homini nimiam, quid queris: dum illum rideo, pene sum factus ille. Sed haec pluribus, multaq; alia, & de te, & ad te, q̄ primum ero aliquid nactus otii. Te vero mihi Rufe diligo, quem mihi fortuna dedit amplificatorem dignitatis meae, vltorem non modo inimicorum, sed etiam inuidorum meorum, ut eos partim scelerum suorum, partim etiam ineptiarum poeniteret. Vale.

Cum, tum

Facinus
bonum.

Thabui.

Partim.

M. T. C. IMPERATI M. CAELIO RVFO AEDILI CVRVI DESIGNATO. S. P. D.

Aposiopesis.



Vide q̄ timide, q̄ ad me literas non perferant, non enim adduci possum ut abs te postea q̄ aedilis factus es, nullas putem datas, praesertim cum esset tanta res, tanta gratulationes de te, quia quod sperabam, de nihilo, balbus enim sum quod non putaram. Atqui sic habeto, nullam me epistolam accepisse tuam post comitia ista praecleara, quae me laetitia extulerunt, ex quo vereor, ne idē eueniat in meas literas. Equidem nunquam domum nisi unam epistolam, quin esset ad te altera, nec mihi est te iucundius quicq; nec charius. Sed balbi non sumus, ad rem redeamus, ut optasti, ita est, velles enim ais tantummodo ut haberem negotium, quod esset ad laureolam satis. Parthos times, quia diffidis copiis nostris, ergo ita accidit. Nam Parthico bello nunciato locorum quibusdam angustiis, & natura montium fretus, ad Amanum exercitum adduxi satis probe ornatum auxiliis, & quadam auctoritate apud eos, qui me non norant, nominis nostri, multum est enim in his locis. Hicne est ille, qui vrbem quem Senatus nosti caetera. Cum venissem

Balbus.

Amanus.

Aposiop.

ad Amanum, qui mons mihi cum Bibulo communis est, diuisus aquarum diuortis. Cassius noster, quod mihi magnæ voluptati fuit, feliciter ab Antiochia hostem reiecerat, Bibulus prouinciam acceperat. Interea cum meis copiis omnibus vexauî Amanienſeis hosteis ſempiternos, multi occiſi, capti, reliqui diſſipati, caſtella munita improuiſo aduertu capta & incenſa. Ita victoria iuſta Imperator appellatus apud Iſſum, quo in loco ſepe, vt ex te audiui, Clitarchus tibi narrauit, Darium ab Alexandro eſſe ſuperatum, abduxi exercitum ad inſeſtiſſimã Ciliciã partem: ibi quintum, & vigefimum iam diem aggeribus, vineis, turribus oppugnabam oppidum munitiſſimum Pindenium, tantis opibus, tatoq; negotio, vt mihi ad ſummã gloriam nihil deſit, niſi nomen oppidi, quod ſi, vt ſpero, cepero, tum vero literas publice mittam. Hæc ad te in præſenti ſcripſi, vt ſperes te aſſequi, id quod opraffes. Sed vt redeam ad Parthos, hæc æſtas habuit huc exitum ſatis felicem: ea que ſequitur, magno eſt in timore. Quare mi Rufe vigila primum, vt mihi ſuccedaſ: ſi id erit, vt ſcribis, & vt ego arbitror, ſerius, illud quod facile eſt, ne quid mihi temporum prorogetur. De repub. ex tuis literis, vt antea tibi ſcripſi, cum præſentia, tum etiam futura magis expecto. Quare, vt ad me omnia quod diligentiſſime perſcribas, te vehementer rogo. Vale.

Iſſus.

Pindenium.

M.T.C. IMPERATOR CAELIO AEDILI CVRVLLS.P.D.



Vtares ne vnq; accidere poſſe, vt mihi verba deeſſent, neq; ſolum iſta veſtra oratoria, ſed hæc etiam leuia noſtratia: deſunt autem propter hæc cauſam, quod mirifice ſum ſollicitus, quidnam de prouinciis decernatur. Me mirum deſiderium tenet vrbis, incredibile meorum, atq; in primis ſatietas actę prouinciæ, vel quia videmur eã famã conſecuti, vt non tã acceſſio querenda, q̄ fortuna metuenda ſit: vel quia totum negotium non eſt dignum viribus noſtris, quia maiora in repub. onera ſuſtinere, & poſſim, & ſoleam: vel quia belli magni timor impendet, quod videmur effugere, ſi ad conſtituta diem decedemus. De Pantheris per eos qui venari ſolent agitur mandato meo diligenter, ſed mira paucitas eſt, & eas que ſunt, valde aiunt queri, quod nihil cuiq; inſidiarum in mea prouincia, niſi ſibi fiat. itaq; conſtituiſſe dicuntur in Cariam ex noſtra prouincia decedere. Sed tamen ſedulo ſit, & in primis a Parischo: quicquid erit, tibi erit, ſed quid plane eſſet, neſciebamus. Mihi mehercule magne cure eſt adilitas tua. ipſa dies me admonebat. Scripſi enim hæc ipſis Megalenſibus. Tu velim ad me de omni reip. ſtatu, quod diligentiſſime perſcribas, ea enim certiffima putabo, quæ ex te cognouero. Vale.

Verba noſtratia.

Pantherarum iocus

M.T.C. IMPERATOR. M. CAELIO AEDILI CVRVLLS.P.D.



Sollicitus equidem eram de rebus vrbanis, ita tumultuoſæ conciones, ita moleſtæ Quinquatriis afferebantur: nam ceteriora nondum audiebamus. Sed tamen nihil me magis ſollicitabat, q̄ in his moleſtiis non me, ſi qua ridentia eſſent, ridere tecum. ſunt enim multa, ſed ea non audeo ſcribere. Illud moleſte fero, nihil me adhuc his de rebus habere tuarum literarum. Quare et ſi cum tu hæc leges, ego iam annum munus conſecero, tamen obuia mihi velim ſint literæ tuæ, quæ me erudiant de omni repu. ne hoſpes plane veniam. hoc melius quam tu, nemo facere poſteſt. Diogenes tuus homo modeſtus a me cum Philone Peſſimite diſceſſit. iter habebant ad Laium regem, quod omnia nec benigna, nec copioſa cognorant. Vrbem mi Rufe cole, & in iſta luce viue. Omnis enim peregrinatio (quod ego ab adoleſcencia iudicauim) obſcure, & ſordida eſt iis, quorum induſtria Romæ poſteſt eſſe illuſtris, quod cum probe ſcire, vti nam in ſententia permanniſſem: cum vna mehercule ambulatiuncula, atq; vno ſermone noſtro omnis fructus prouinciæ non conſero. Spero me integritatis laudem conſecutum, non erat minor ex contemenda, q̄ ex conſeruata prouincia ſpes triumphum: in qua ſatis glorioſe triumpharem, ſi non eſſem tandum quidem in deſiderio rerum mihi chariſſimarum, ſed (vt ſpero) propediem te videbo. tu mihi obuiam mitte epistoſas te dignas. Vale.

ad Deiotarum. Peregrinationem eleuat.

M.T.C.M. CAELIO AEDILI CVRVLLS.P.D.



Aras tuas quidem (fortaſſe enim non perferuntur) ſed ſuaueis accipio literas, vel quas proxime acceperam, quod prudentis, quod multi & officii & conſilii. Eſt omnia ſic conſtitueram mihi agenda, vt tu admonebas, tamẽ conſirmanẽ noſtra conſilia cum ſentimus prudẽtib; fideliterq; ſuadentib; idẽ videri. Ego Appium (vt ſepe tecum locutus ſum) valde diligo, meq; ab eo diligẽ ſtatim ceceptum eẽ, vt ſimulatẽ depoſuim, ſenſi. nam & honorificum in me conſul fuit, & ſuauiſ

Epistolarum familiarium

amicus, & studiosus studiorum etiam meorum, mea vero officia ei non defuisse, tu es testis, quoniam *κομινός μάγιστρος* (vt opinor) accidit Phannia, & mehercule etiam pluris eum feci, q̄ te amari ab eo sensi. Iam me Pompeii totum esse scis, Brutū a me amari intelligis, quid est cause, cur mihi non in optatis sit complecti hominem florentem atate, opibus, honoribus, ingenio, liberis, propinquis, affinibus, amicis: collegam meum presertim, & in ipsa collegii laude, & scientia studiosum mei: Hac ego pluribus scripsi, q̄ mihi significabant tuae literae subdubitare, qua essem erga illum voluntate, credo te audisse aliquid, falsum est, mihi crede, si quid audisti. Genus institutorum, & rationum mearum dissimilitudinem nonnullā habet cum illius administratione prouincię: ex eo quidam suspicati fortasse sunt animorum cōtentione, nō opinionum dissensione me ab eo discrepare. Nihil autem feci vnq̄, neq̄ dixi, q̄d contra illius existimationem esse vellem. Post hoc negociū aut, & temeritatē nostri Dolabellae, deprecatorē me pro illius periculo praebeo. Erat in eadem epistola ¶ veteranus ciuitatis, gaudebam sane, & congelasse nostrum amicū laetabar otio. Extrema pagella pupugit me tuo chi rographo, quid ais: Cæsarem nō defendit Curio: quis hoc putaret praeter me: nam ita in via putauī. Dii immortales q̄ ego risum nostrū desidero. Mihi erat in animo, quoniā iurisdictionē cōfecerā, ciuitates locupletaram, in publicanis etiam superioris Iustri reliqua sine sociorū vlla querela cōseruarā, in priuatis, summis, infimis, fuerā iucundus, proficisci in Ciliciā nominis Maiis, & cū prima aestiua attigissem, militarēq̄ rem collocassem, decedere ex senatuscon. Cupio te adilem videre, miroq̄ desiderio me vrbs afficit, & omnes mei, tuq̄ in primis. Vale.

M. T. CICERO IMPERATOR. M. CAELIO AEDILI CVRVLLS. P. D.

Cum, tum



Abio viro optimo, & homine doctissimo familiarissime vtor, mirificeq̄ eum diligo, cum propter summum ingenium eius, summamq̄ doctrinā, tum propter singularem modestiam, eius negociū sic velim suscipias, vt si esset res mea, noui ego vos magnos patronos, hominē occidat oportet, qui vestra opera vti velit. Sed in hoc homine nullam accipio excusationem. Omnia relinques, si me amabis, cum tua opera Fabius vti volet. Ego res Romanas vehementer expecto, & desidero, in primisq̄ quid agas scire cupio, nam iandū propter hyemis magnitudinē nihil noui ad nos afferebatur. Vale.

M. T. C. M. CAELIO AEDILI CVRVLLS. P. D.

Agi a te.



¶ Cæsarem. On potuit accuratius agi, nec prudētius, q̄ actum est a te cum Curione de supplicatione, & mehercule confecta res ex mea est sentētia cum celeritate, tum q̄ is, qui erat iratus competitor tuus, & idem meus, assensus est ei, qui ornauit res nostras diuinis laudibus: quare scito me sperare ea, quę sequuntur, ad quę tu te para. Dolabellam a te gaudeo primum laudari, deinde etiā amari. Nam ea quę speras Tullia meā prudentia temperari posse, scio cui epistolę tuę respondeant. Quid si meam legas: quam ego tum ex tuis literis misi ad Appiū. Sed quid agas: sic viuitur. Quod actum est, dii approbent, spero fore iucundum generum nobis, multū ī eo nos tua humanitas adiuuabit. Respu. me valde sollicitat, faueo Curioni, ¶ Cæsari honestissime cupio, pro Pompeio emori possum, sed tamen ipsa republ. nihil mihi est chariū, in qua tu non valde te iactas, districtus enim mihi videris esse, q̄ & bonus ciuis, & bonus amicus es. Ego de prouincia decedens Quästorem Caelium prapofui prouincię. puerum inquis: at quästorem, at nobilem adolescētē, at omnium fere exemplum: neq̄ erat superiore honore vsus, quem p̄ficerem. Pontinius multo ante discesserat, a Q. Fratre impetrari non poterat, quem tamen si reliquisssem, dicerent iniqui non me plane post annum, vt Senatus voluisset, ex prouincia decessisse, quoniam alterū me reliquisssem. Fortasse & illud adderent, Senatū eos voluisse prouinciis p̄esse, qui antea non p̄fuissem, fratrem meū triennium Asia p̄fuisse. Deniq̄ nunc sollicitus non sum: si fratrem reliquisssem, omnia timerem. Postremo non tam mea sponte, q̄ potentissimorum duorum exemplo, qui omnes Cassios Antoniosq̄ complexi sunt, hominem adolescentem non tam allidere volui, q̄ aliena re nolui, hoc tu meum consiliū laudes necesse est, mutari enim potest. De Ocella parum plane ad me scripseras, & in actis non erat. Tuę res gestę, ita notę sunt, vt trans montem Taurum etiam de matrimonio sit auditum. Ego nisi quid me Aetesię morabuntur, celeriter (vt spero) vos videbo. Vale.

Mons Taurus.

M. T. C. IMPERATOR. M. CAELIO. S. D. P.



Agno dolore me affecissent tuę literę, nisi iā & ratio ipsa depulisset om̄is molestias, & diurna desperatiōe rerū obduruisset anim⁹ ad dolorē nouū. Sed tñ quare acciderit, vt ex meis superiorib⁹ literis id suspicarerē, qđ scribis nescio, qđ em̄ fuit ī illis prater querelā tēporū, quę nō animū meū magis sollicitū haberet, q̄ tuū: nā nō eā cognoui aciē ingenii tui, qđ ipse videā, te id vt nō putē videre. illud miror, adduci potuisse te, q̄ me penitus nosse deberes, vt existimares, aut me tam improuidū, qui ab excitata fortuna ad inclinātā, & prope iacētē desciscerē, aut tā inconstantē, vt collectā gratiā florētissimi hominis effunderē, a meq̄ ipse deficerē, & qđ initio, semp̄ fugi, ciuili bello interessē. Quod est igit̄ meū triste consiliū: vt discederē fortasse in aliquas solitudines: nosti em̄ nō mō stomachi mei, cuius tu simi lē quōdā habebas, sed etiā oculorū in hoīm insolētiū indignitate fastidiū. Accedit etiā molestia hęc pōpa licitorū meorū, nomenq̄ imperiū, quo appellor, eo si onere carerē, quīs paruis Italia latebris cōtentus essem. Sed incurrit hęc nostra laurus non solū in oculos, sed iā etiā in uoculas maleuolorū. Qđ cū ita esset, nihil tñ vnq̄ de p̄fectione, nisi vobis approbātibus cogitauī. Sed mea p̄diola tibi nota sunt, in his mihi necesse est esse, ne amicis molest⁹ sim. Qz aut̄ in maritimis sum, facile moueo nōnullis suspitionē, velle me nauigare: qđ tamē fortasse nō nollē, si possem ad oriū. nā ad bellū qđ q̄ cōuenit: p̄sertim cōtra eū, cui spero me satisfecisse ab eo, cui tñ satisfieri nullo mō potest. Deinde sentētiā meā tu facillime p̄picere potuisti iam ab illo tēpore, cū in Cumanū mihi obuiā venisti. nō em̄ te celauī sermonē. Sed nōne tū prouidisti, qđ abhorerē ab vrbe relinquēda: qđ cū audissem, nonne tibi affirmaui, qđ uis me pot⁹ p̄ssurū, qđ ex Italia me ad bellū ciuile exiturū: qđ ergo accidit, cur cōsiliū mutarē: nōne oīa potius, vt in sentētia p̄manerē: Credas hoc mihi velim, qđ puto te existimare: ex his miseriis nihil aliud querere, nisi vt hoīes aliqñ intelligāt, me nihil maluisse, qđ pacē: ea desperata, nihil tā fugisse, qđ arma ciuilia. Huius me cōstātie puto fore vt nunq̄ poeniteat. Etenī memini in hoc genere gloriari solitū esse familiarē nostrū Hortensium, qđ nunq̄ bello ciuili interfuisset. Hęc nostra laus erit illustrior, qđ illi tribuebat̄ ignauia, de nobis id existimari posse nō arbitror. Nec me ista terrēt, quę mihi a te ad timorē fidissime, atq̄ amatissime proponunt. nulla est em̄ acerbitas, quę nō oībus hac orbis terrarū p̄turbatione impēdere videat̄: quā quidē ego a repu. meis priuatis, & domesticis incōmodis libētissime, vel istis ipsis, quę tu me mones vt caueā, redemissem. Filio meo, quē tibi charū esse gaudeo, si erit vlla respub. satis amplū patrimoniū relinqūā memoriā nominis mei: sin aut̄ nulla erit, nihil accidet ei separatim a reliquis ciuibus. Nā qđ rogas, vt respiciā generū meū adolestem optimum, mihiq̄ charissimum, an dubitas, quin sciam quātū cum illum, tum vero Tulliam meam faciā: quin ea me cura vehementissime sollicitet: & eo magis, qđ in cōmunib⁹ miseriis hac tñ oblectabār specula. Dolabellam meū vel potius nostrum videbā fore ab iis molestiis, quas liberalitate sua contraxerat, liberum. Velim quaras, quos ille dies sustinuerit, in vrbe dum fuit, qđ acerbos sibi, qđ mihi ipsi socero non honestos. Itaq̄ neq̄ ego hūc Hispaniensem casum expecto, de quo mihi exploratum est, ita esse vt tu scribis, nec quicq̄ astute cogito. Si quando erit ciuitas, erit profecto nobis locus, sin autem non erit, in easdem solitudines tu ipse (vt arbitror) venies, in quibus nos consedisse audies. Sed ego fortassis vaticianor, & hęc omnia meliores habebūt exitus. Recordor enim desperationes eorum, qui senes erant adolescente me: eos ego fortasse nunc imitor, & vtor atatis vitio. velim ita sit, sed tamē togam p̄textam texi Appio, puto te audisse, nam Currius noster Dibaphum cogitat, sed eum infector moratur. Hęc aspersi, vt scires me tamē in stomacho solere ridere. De Dolabella quod scripsit, suadeo videas, tanq̄ si res tua agatur. Extremum illud erit, nos nihil turbulenter, nihil temere faciemus, te tamen oramus quibuscunq̄ erimus in terris, vt nos, liberosq̄ nostros ita tueare, vt amicitia nostra, & tua fides postulabit. Vale.

M. T. C. CANINIO SALLUSTIO PROPRAETORI. S. P. D.



Iteras a te mihi stator tu⁹ reddidit Tarsi ad. XVI. Cal. sextileis. His ego ordine, vt videris velle, respōdebo. De successore meo nihil audiui, nec quēq̄ fore arbitror, quin ad diē decedam, nulla causa est, p̄sertim sublato metu Parthico, commoraturum me nusq̄ sane arbitror. Rhodum Ciceronū causa puerorū, accessurum puto, neq̄ id tamē certū, ad urbem volo q̄primū venire, sed tamē iter meū reipu, & rerū urbanarū ratio gubernabit. Successor

Incurrit.

†relinquā
ī memoriā

†vacuum.

Epistolarum familiarium

tuus non potest ita maturare villo modo, vt tu me in Asia possis conuenire. De sectionibus referendis, nō erat incommodum te nullam referre, quam tibi scribis a Bibulo fieri potestatem, sed id vix mihi videris per legē Iuliam facere posse. Quam Bibulus certa quadā ratione non seruat, tibi magnopere seruandam censeo. Quod scribis Apamea praesidium deduci non oportuisse, videbā idē ceteros existimare, molesteq; ferebā de ea re minus cōmodos sermones maleuolorū fuisse. Parthi trāsierint nec ne, p̄ter te, video dubitare neminē: itaq; oīa praesidia, quae magna, & firma parauerā, cōmonitus hominū non dubio sermone dimisi. Rationes mei Quaestoris nec verū fuit me tibi mittere, nec tum erāt cōfectae, eas nos Apamea deponere cogitabamus. De praeda mea praeter quaestores vrbanos, idest populum Romanū triunciū nec attigit, nec tacturus est quisq;. Laodiceae me praedes accepturū arbitror omnis pecuniae publicae, vt & mihi, & populo cautū sit sine vecturae periculo. Quod scribis ad me ¶ de drachmis, cccliii. nihil est quod in isto genere cuiq; possim commodare. Omnis enim pecunia ita tractatur, vt praeda a praefectis, quae autē mihi attributa est, a Quaestore curetur. Quod quaris, quid existimem de legionibus, quae decretae sunt in Syriam, antea dubitabam venturae ne essent, nūc mihi nō est dubiū, quin si antea auditū erit otium esse in Syria, venturae nō sint. Mariū quidē successorē tarde video esse venturū, propterea q̄ senatus ita decreuit, vt cū legionibus iret. Vni epistolae respondi, venio ad alteram. Petis a me, vt Bibulo te q̄ diligentissime cōmendem, in quo mihi voluntas non deest, sed locus videtur esse tecum exoptulandi. Solus enim tu ex omnibus, qui cum Bibulo sunt, certiorē me nunq̄ fecisti, q̄ valde Bibuli voluntas a me sine causa abhorreret. permulti enim ad me detulerūt, cū magnus Antiochiaē metus esset, & magna spes in me, atq; in exercitu meo, solitum dicere, quiduis se perpeti malle, q̄ videri eguisse auxilio meo. quod ego officio quaestorio te adductū reticere de praetore tuo nō moleste ferebam, q̄ quēadmodū tractare, audiebā. Ille autē cum ad Thermum de Parthico bello scriberet, ad me ¶ litera nunq̄ misit, ad quē intelligebat eius belli periculū pertinere. tantū de auguratu filii sui scripsit ad me, in quo ego misericordia cōmotus, & q̄ semp amicitissimus Bibulo fui, dedi operam, vt ei q̄ humanissime scriberē. Ille si oībus est maleuolus, quod nūq̄ existimaui, minus offendor in me: sin a me est alienior, nihil tibi literae meae proderūt. nam ad senatū, quas Bibulus literas misit, in iis, quod mihi cū illo erat cōmune, sibi soli attribuit, se ait curasse, vt cum questu populi pecunia permutaretur: quod autē meū erat proprium, vt alariis trāspadanis vtī negarē, id etiā populo se remisisse scribit. quod vero illius erat solius, id mecum cōmunicat: equitib; auxiliariis egere se, inquit, cum amplius frumenti postularemus. Illud vero pusilli animi, & ipsa maleuolētia ieiunii, atq; inanis, q̄ Ariobarzanē, q̄ Senatus per me regē appellauit, mihiq; cōmendauit, iste in literis non regē, sed regis Ariobarzanis filiū appellat. hoc animo qui sunt, deteriores sūt rogati. Sed tibi morē gestī, literas ad eū scripsi, quas cū acceperis, facies qd̄ vales. Vale.

M. T. C. IMPERATOR. Q. THERMO PROPRAETORIS. P. D.



Officium meū erga Rhodonem, ceteraq; mea studia, quae tibi, ac tuis praestiti, tibi homini gratissimo grata eē vehemēter gaudeo, mihiq; scito in dies maiori curae esse dignitatem tuam: quae quidē a te ipso integritate, & clementia tua sic amplificata est, vt nihil addi posse videat. Sed mihi magis, magisq; quotidie de rationibus tuis cogitanti placet illud meum consiliū, quod initio Aristoni nostro, vt ad me venit, ostendī, graueis te suscepturum inimicitias, si adolescens potens, & nobilis a te ignominia affectus esset, & hercle sine dubio erit ignominia. habes enim neminē honoris gradu superiorem. Ille autē, vt omittam nobilitatem, hoc ipso vincit viros optimos, hominesq; innocentissimos legatos tuos, q̄ & quaestor est, & quaestor tuus. Nocere tibi iratum neminē posse perspicio, sed tamē tres fratres summo loco natos, prōptos, nō indifertos, te nolo habere ¶ inimicos, p̄sertim iure, quos video deinceps tribunos ple. per triēniū fore. Tēpora autē reipu. qualia futura sint, quis scit? mihi quidē turbulenta vidētur fore. Cur ego te velim incidere in terrores tribunitios: p̄sertim cū sine cuiusq; reprehensione legatis quaestorē possis anteferre. qui si dignū se maioribus suis praebuerit (vt spero, & opto) tua laus ex aliqua parte fuerit: sin quid offenderit, sibi totum, nihil tibi offenderit. Quae mihi veniebant in mentem, quae ad te pertinere arbitrabar, q̄ in Ciliciā proficiscebar, existimaui me ad te oportere scribere. Tu quod egeris, id velim Dī approbēt. Sed si me audies, vitabis inimicitias, & posteritatis otio cōsules. Vale.

¶ de drachmis. D.

¶ literas.

Qui rogādi nō sint.

¶ iratos.

Venire in mentem.

M. T. C. IMPERATOR. C. CAELIO. L. FILIO. S. P. D.



Um optatissimū nunciū accepissem te mihi questorem obrigisse, eo iucundio-
diorem mihi eā sortē sperabā fore, quo diutius in prouincia mecū fuisses.
Magni. n. videbat interesse ad eā necessitudinē, quā nobis fors tribuisset, cō
suetudinem quoq; accedere. Posteaq; mihi nihil neq; a te ipso, neq; ab vilo
alio de aduētū tuo scribereē, verebar ne id ita caderet, qd etiā nūc vereor,
ne ante, q̄ tu in prouinciā venisses, ego de prouincia discederē. Accepi autē
a te missās literas in prouincia, cū essem in castris ad duodecimū Calen. Quintileis scriptas
humanissime, qbus facile & officiū, & igeniū tuū perspici possit, sed neq; vnde, neq; quo die
datē eēt, aut quo tēpore te expectarē, significabāt, nec is, qui attulerat, a te acceperat, vt ex
eo scirem, quo ex loco, & quo tēpore essent datē. Quē cū essent incerta, existimaui tamē esse
faciundum, vt ad te statores meos, & lictores cū literis mitterē, quas si satis opportuno tē-
pore accepisti, gratissimū mihi feceris, si ad me in Ciliciā q̄primū veneris. Nā qd ad me Cu-
rius consobrinus tuus, mihi (vt scis) maxime necessarius, qd item cōsul Virginius propin-
quus tuus familiarissimus noster de te accuratissime scripsit, valet id quidē apud me mul-
tum, sicuti debet hominū amicissimorū diligēs cōmendatio, sed tuē literē de tua presertim
dignitate, & de nostra coniunctione maximī sunt apud me ponderis. Mihi questor optatior
obtingere nemo potuit. Quāobrē quēcūq; a me ornāmēta ī te pficiscetur, elaborabo vt oēs
intelligāt a me habitā esse rationē tuā, maiorūq; tuorū dignitatis, sed id iā facili? cōsequar,
si ad me in Ciliciā veneris, qd ego & mea, & reip. & maxime tua interesse arbitror. Vale.

Magni in-
teresse.
Tita acci-
deret.

Virginius
contul.

M. T. C. EPISTOLARVM FAMILIARIVM LIBER TERTIVS.

M. T. C. APPIO PVLCHRO IMPERATORI. S. P. D.



Ipsa respub. tibi narrare posset, quo modo sese haberet, nō facilius
ex ea cognoscere posses, q̄ ex liberto tuo Phannia, ita est homo nō
modo prudens, verum (qd vidi) etiā curiosus. Quapropter ille tibi
omnia explanabit: id em̄ mihi & ad breuitatē est aptius, & ad reli-
quas res prouidētius. De mea autem benevolentia erga te, etsi po-
tes ex eodem Phannia cognoscere, tamē videtur etiam aliq̄ meā
partes. Sic em̄ tibi persuade, charissimū te mihi eē, cū propter mul-
tas suauitates ingenii, officiū, humanitatis tuę, tū q̄ ex literis tuis,
& ex multorū sermonibus intelligo, omnia quę a me profecta sunt
in te, tibi accidisse gratissima. Quod cū ita sit, perficiam pfecto, vt
longi temporis vsuram, qua caruimus intermissa nostra consuetudine, & gratia, & crebri-
tate, & magnitudine officiorū meorū sarcia, idq; me (quoniam tu ita vis) puto nō inuita Mi-
neruā esse facturum, quā quidem ego, si forte de tuis sumpsero, nō solum Pallada, sed etiā
Appiada nominabo. Cilix libertus tuus antea mihi minus fuit notus, sed vt mihi reddidit
a te literas plenas & amoris & officii, mirifice ipse suo sermone subsecutus est humanitatē
literarum tuarum: iucunda mihi eius oratio fuit, cum de animo tuo, de sermonibus, quos
de me haberes quotidie, mihi narraret. Quid queris? Biduo factus est mihi familiaris, ita ta-
men, vt Phāniam valde sim desideraturus, quē cum Romā remittes, quod (vt putabamus)
celeriter eras facturus, omnibus ei de rebus, quas agi, quas curari a me voles, mandata des-
velim. L. Valerium iuriconsultum, valde tibi cōmendo, sed ita etiam, si non est iuriconsul-
tus. Melius em̄ ei cauere volo, q̄ ipse aliis solet, valde hominē diligo, est ex meis domesticis,
atq; intimis familiaribus, omnino tibi agit gratias, sed idem scribit, meas literas maximum
apud te pondus habituras. Id eum ne fallat, te etiam, atq; etiam rogo. Vale.

Phannia.

Appias.

M. C. PROCONSVL APPIO PVLCHRO IMPERA. S. P. D.



Um & contra voluntatem meam, & preter opinionem accidisset, vt mihi
cum imperio in prouinciam proficisci necesse esset, in multis, & variis mo-
lestiis, cogitationibusq; meis, hac vna consolatio occurrebat, q̄ neq; tibi
amicior q̄ ego sum, quisq; posset succedere, neq; ego ab vilo prouinciam
accipere, qui mallet eam mihi q̄maxime aptam, explanatāq; tradere. Q; si
tu quoq; eandem de mea voluntate erga te spem habes, ea te profecto nū-
bb v

Amicior.